

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Samuel Bohl Georg Hintz peter

**Disputatio ... Pro Formali significationis eruendo primum in explicatione Scripturae Sacrae ...**

**1 :**

Rostochi[i]: Haeredes Richelianorum, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770607926>

Band (Druck) Freier  Zugang 



C LC - 1871 1-15.



1825.

**RB**  
Receipt wider die rehni. artz  
auf podagru.

Receipt. 4  
1 Saffronan  
2 Jasmin. Salicornia  
3 Zinz und wein.  
4 mit den saften, 2. morgens eine flüssigkraut drauf  
Karnas eignet sich bei Fiebern



3

DISPUTATIO PRIMA  
PRO FORMALI  
significationis eruendo primum  
in explicatione  
SCRIPTURÆ SACRÆ

Quam  
D. O. M. A.  
PRÆSIDE

M. SAMUELE BOHL

Gryphenberg. Pomeran.

In Academia Rostochiensi publico Doctor-  
rum examini subjicit

GEORGIUS Hinkelius/  
Suerino - Megapol.

Habebitur in Auditorio majori ad diem  
22. April. horis antemeridianis.



ROSTOCHI

Hæredum Richelianorum typis exscripta  
Anno M. D. C. XXXVII.

DISPUTATIO PHYSICA

PRO LORMAILI

IN CYPRIUS PONTE  
GREGORII

DISPUTATIONE

DE CYPRIUS PONTE

**T**um demum res recte tangi videtur, quando ejus media & caute recte applicantur. Exemplum nobis suppedit Scriptura sacra, in qua in primis ea sunt proponenda, sine quibus circa veritatem multas etiam opiniones fovere necessum fuit. Illa autem dico esse accentuationem, quam revocare nuper incepit. 2. positum vocum, quem puto suppediturum accentuationem & concatenationem sensus. 3. Significationem veram.

2. Hanc nobis tradere dicuntur Lexicographi. At si hoc verum est, non video, quomodo vel unicum caput arduum in Prophetis recte explicari queat. Nam in nullo Lexico, quod ego vidi, deprehendi consignatas esse in totum significaciones formales seu generales. Unde cum nudis explicationibus Lexicographorum insistere volui- mus, multis magistralibus distinctionibus necessum habuimus rem li- mitare, etiam si principalia negotii saepe non satis tetigerimus.

3. Tentabo ergo, numne remedium inveniri queat, ut significa- ciones eruantur non ex Lexicis, sed ex Scripturâ sacrâ, ut quorum officii & status ratio exigit, hoc permoti de veris Lexicis Academiis communicandis cogitare incipient, & paulatim & pedetentim ab Opinonistis & odiosis illis multarum sententiarum allegationibus con- cionatoriis liberati Scripturam sicut diploma Principis nostri auxilio Spiritus Sancti intelligere incipiamus.

4. Pro probâ assumam jam exercitii gratia aliquot voces, & 1. quidem ψ̄p, de hac solet dici, quod significet Sanctus fuit. Verum quidem hoc est, at non tangitur ita significatio formalis. Dicitur si- gnificare separatus fuit ab usu communi ad sanctum: Verum & hoc est; at ita præterius significatio generalis. Dico ergo ego ψ̄p for- maliter significat separatus fuit ab usu communi ad usum quendam sp̄cialem.

5. Hujus significationis veritas firmanda est ex tali axiomate: Omnes voces que descendunt ex radice debent habere idem formale radicem. Et antequam haec latius deducam, incidit quod primo loco dici

debatur effatum: Semper in Scripturā sacrā probanda est significatio generalū & formalis, & ab eā non est discedendum, nisi contextus ratio nos expreſſe moneat, ut amplectamur ſpecialiorem. Incidit etiam, neceſſarium esse, ut explicem, quid mihi ſit formale ſeu generale, ne ſubjeceam judicio Aristotelis, ipſiusq; diſcipulorum, quorum in formalitatibus lites planè effugiens, ne logomachiis pediculis porta aperiatur, dico Formale mihi in hoc diſputandi genere idem eſſe, quod Rabbiniſ Massa, i. e. illud, quod portat omnia ſub ſe contenta. Dico autem illud Generale, quia omnes ſignificationes communicatingant de eo quaſi de genere. Sic ego ſum vocabulum.

6. Jam ad rem ipsam. Et dico omnia, quæ in Ebraicā lingua descendunt à שְׁמָה, habent formam illam, quam proposui. Nam ut ab infimo exordium ſumam, notum eſt, quod שְׁמָה & שְׁמַרְךָ impura ſint vocabula, quæ cum ſanctitate, ut vulgo ſumitur, male conſiſtere poſſunt. Conſugio ergo ad meam formam, & dico שְׁמָה puerum meritorium paratum ad concubitum, ut & ejus oppofitum ſeiminam meritoriam habere formale ſpecialitatū, eo quod puer contra naturam ſe abuci patiatur alios, ſic & foeminam; ſeparantur ergo ab uſu communi ad uſum ſpecialem.

7. Fundamentum conſpicitur extra alia etiam in Conjugatione ſecondā, ubi Heiligeſ eine Fasten/ idem eſt, certum & ſpecialem diem conſtitute, in quo jejunetis. Adeò quidem valet uſus ſignificationis generalis, ut & lingue vicinæ Caldaica, Syriaca & Arabica ſe ejus legibus ſubjictere videantur; quæ omnia autem lubens praeterco, cum ſibi ſoli ſufficiat mater, hoc tantum unico allegato, quod שְׁמָה Rabbiniſ ſignificat deſponsavit, quod quomodo ab uſu generali ſeu communi ad ſeparatum & ſpecialem applicatum eſſe dici queat, qui- vis videt.

8. Jam immediate progrediendum erat ad alia vocabula, ut etiam in iis formale demonſtraretur: At cum jam tantum exordium faciam, lubet propositam vocem diligentius excutere in unico loco ſcripturæ, ut de reliquo postmodum idem ſymatur judicium.

9. Placet autem àſſumere locum Eſaiæ 6. obi Seraphim ca- munt: SANCTUS SANCTUS SANCTUS JHOVA DEUS  
ZABA-

ZABAOTH. Hic dico, idem esse Sanctum, quod à reliquis entibus  
seperatum & elevatum esse. 2. Verum DEUM esse, si significatio-  
nem famosiorem & primam præsupponam. 3. Actus istius entis di-  
verfissimos ab actibus reliquorum, Adeò, ut si probare queam, Filium  
& Spiritum sanctum in hoc loco Prophetico nominari, certissimè &  
infallibiliter etiam concludere queam, Filium & Spiritum sanctum es-  
se verum DEUM.

10 Obiter hic incidit, quod recte cognitis significationibus ge-  
neralibus & formalibus accuratius judicium sumi queat decohærentia  
non tantum versuum, roboris argumenti, sed & nexus totius Oratio-  
nis. Probat hoc Caput sextum, de quo solet apud Judæos moveri  
controversia, cur illud Caput sit sextum & non primum: videtur e-  
nim ordinem tractationis & naturæ requirere, ut ipse actus vocationis  
exemplio Jeremias præcedat vocationis effectus & conciones post vo-  
cationem habitas? Res hæc agi solet distinctionibus multis. Ut ut  
autem sit; Ego dico, commodiorem locum non potuisse sortiri visio-  
nem Esaiæ quam in capite sexto, ubi debebat concludi Oratio secun-  
da Esiana. Sicur enim prima Oratio primo capite absoluta generaliter  
döcer genera absurditatis, quæ sequitur ex moribus, Ihudæorum sub  
Uzzia statum post invasionem hostilem Israeliticam. Ita in Oratione  
secundâ, quæ ex ordium habet in secundo, & finem in capite sexto in-  
clusivè opponit Esias Regem Uzziah & Jotam Regi Messiæ, statum  
regni ipsorum statui regni Messiæ, mores terræ moribus Christiano-  
rum, & in haec oppositione monstrat excellentiam & majesticatem Re-  
gni Messiæ, quo obtinet, ut populus non respiciat suos Reges felices,  
monumenta ipsorum specialia, egregios terræ viros, eoq; ipso opus  
DEI sancti Israëlis contemnat suu postponat. Hoc aliquot argumen-  
tis evicerat, pro conclusione ergo tale argumentum inducit, quod &  
reliqua omnia in se contineat, & jus disputandi subditis cum Magistra-  
tu suo summo præscindat. Dicit ergo vidisse se Dominum sedentem  
in solio excelsô & elevato. Ergo Rex iste major erit quam Uzzia &  
Jotam; elevatus erit præ Cedris in Libano altis & elevatis, præ quer-  
cubus Basan; elatus erit super omnes montes. 2. Vidisse se Seraphim  
adstantes: Ergo ministri ejus sunt præstantiores ministris Jotam &

Uzzia, Fortium & Judicum, Oratorum & consiliariorum terræ &c.  
3. Vidisse se, ait, Seraphim texisse faciem suam & pedes suos. Ergo  
cum tantus sit Dominus, ut & coram facie ejus Seraphim faciem suam  
obvalent, multò magis Judæi reverentur Dominum, neq; cum ipso  
de prioritate certent, non dicant: Properet, acceleret Jhovah opus  
suum, ut videamus, appropinquet & veniat decretum Sancti Israels,  
si euer illi qui semper adstant necesse habent regere faciem, quantò  
magis illi, qui peccatis inquinati sunt. Illi eant in petram, abscondante  
se in excisionibus petrarum à facie Domini, & à maiestate gloriae ejus  
&c. Nam sanè, nisi hoc audiant Judæi, cogentur tandem etiam re-  
gere pedes & faciem, faciem, ut nec videant nec audiant; pedes, ut  
ducantur sine intellectu ad loca, quæ non exoptant. 4. Vidisse se Do-  
minum, fimbriâ vestimenti sui impleuisse templum. Ad orcum er-  
go, ô filiæ Zion cum vestris sindonibus & ornamentis aliis: Maximus  
est Deus noster, cuius fimbria implet templum, qui ubiq; est, & ubiq;  
tutus est, Reges vestri Uzzia & Jotam ne valent quidem adolere huic  
Regi magno. 5. Audivisse se dicit clamantes: SANCTUS, SAN-  
CTUS, SANCTUS Dominus Deus Exercituum. Hic clamor  
comprehendebat & concludebat omnia: sanctus & Dominus; Sepa-  
ratus est Deus in essentiâ sua ab essentiâ reliquarum creaturarum, actus  
ejus sunt separati ab actibus hominum, scorsim posita est maiestas e-  
jus à maiestate ita dicta humanâ. Ergo etiam Mons ejus erit in fine  
dierum elevatus specialiter exaltatus super omnes montes, & specia-  
liter ad ipsum confluent omnes gentes. Digna ergo è contrario Do-  
minus Jacob quod derelinquatur, quia non ad exemplum gentium Mes-  
siam pro suo speciali numine, quod reliquis omnibus præferat, haber,  
sed ut Philistæ & Orientales reliqui artibus & filiis alienis incumbant  
&c. Sanctus & elevatus specialiter proximus cō, quod speciem excel-  
lentiae in regno Jotam & Uzzia sortiri posset. Sed ut compendium  
verborum facian, dico, omnia argumenta, quæ in Oratione secundâ  
occurunt, sub hoc nomine SANCTUS comprehenduntur, conclusionis  
enim est nervosè vim argumentorum omnium uni intuitui exhibere.

II. Hæc erat causa, quare Caput sextum ponebatur in fine O-  
rationis secundæ. Nam cum populum magis ad suos Reges, quam  
ad Mes-

ad Messiam respicientem arguere volebat, inspargebat etiam aliquo loca de Sanctitate, ut videmus. Et erit, residuum in Zion & Jerusalem SANCTUM dicetur, i. e. specialiter scriptum ad vitas Jerusalem erit Sanctum, erit separatum à reliquis Judæis homines respicientibus: Unde etiam in Oratione tertia Esaianâ, quæ habet exordium in septimo, & fine in duodecimo capite, dicitur: Dominus erit Sanctuarium & lapis offendiculi, Sanctuarium, ut ex vi argumenti pater, iis, qui non cum populo dicunt יwp, sed qui sanctificant Dominum in corde suo, i. e. qui Deum pro speciali suo numine & adjutorio habent, nec patiuntur se adduci, ut confederationem cum Regibus exteris ineant.

12. Rectè ergo dicitur, Semper cum in Scripturâ sacrâ vox SANCTI occurrit, ad hanc significationem generalem & formalem priùs esse respiciendum. Quæ omnia latè possent diduci in descenditibus ab hac radice vocibus, si id instituti ratio permetteret. Non dicam ego, quomodo S A N C T U S dicatur Filius Dei ex hoc fundamento in Evangelista Johanne; non quomodo Spiritus Sanctus ab omnibus Spiritibus quasi abstractus, & in solium Sanctitatis collocatus; nam quomodo posset dici Sanctus Deus, nisi in Patre unus esset D E U S? Nimis etiam excresceret, si in specialibus quibusdam dictis emphasis in Sanctitatis vim argumenti rectè exprimentis exponerem. Nam ea ratione dicendum forer de Iesu Nazareno, quod ille primus sit S A N C T U S ex hominibus, Israel secundus, quia in Jeremiâ dicitur principium proventus D E I esse sanctitatem Israelitû; Quomodo hæc Sanctitas duplex sit, generalis & specialis: Generalis competit toti Israeli, specialis ex & in Generali adhuc alia quadam insigniat sanctitate, qua ratione Aharon Sanctus Domini diceretur. Sequeretur etiam tractandum esse, quomodo hæc sanctitas translata sit ad Gentiles; Conferri eam à solo D E O, qui hinc etiam Sanctificator, & quod per Spiritum suum nos sanctificet, dici solet; Præsupponendum etiam esset, necessariò sanctuarium requiri ad sanctos, quale fuit apud Judæos, & hoc necessariò debuisse aboleri, quando Messias cœlos occuparat; Disputandum esset de nexu, quod est foedus, & quomodo sine hoc nexu nec Israel nec nos, quicquid agamus, Sancti dici queamus: Nam hæc

Theo.

Theologorum sunt; mihi sufficiat dicere, quicunq; ille locus sit, ubi ψρκ scriptum est, ibi formale sumitur à speciali separatione ad aliiquid: Et dico, hac regula prænotata, multa loca & V. & N. Testamenti rectius explicati posse, imo multa dubia Legis solvi facilimè, quale ut unum suppeditem, ocurrat Lev. t. 16. z. 4. ubi jubetur Aharon lavare se in loco sancto: Quis hoc credat factum esse. Ego dico, non erat locus sanctus, sed locus specialiter ad id determinatus &c.

13. Jam devenio ad radicem חַנְעָל, de hac dico, quæd in significatione suâ generali significet quæsivit. Sequitur ergo omnes radices suum formale habere à quærendo. Ex multis placet sumere nomen שָׁאֵל. Præsuppono autem querere, ut & omnes significations determinari per suum famosius: Famosius autem est quærere de jure, quam quærere ex gratiâ. Quæritur autem etiam ex gratiâ, quam jus quasi prius conciliavit. Gen. 43. v. 7. Joseph de jure quærebat; De jure quærere potuisset Deus Psal. 40. sacrificia, sic alibi in Lege dicitur: Quid Deus שׁוֹאֵל quærens i. e. postulans à te, sic David ab Abner de jure postulabat Michal; 1. Sam. 2. v. 20. autem ex gratia quæsiverat Hanna; Psalm. 2. quærit ex gratia Nazarenus dari sibi gentes, quas jure antea acquisivisse videbatur. Si etiam hunc terminum prius purum faciam ex Epistolâ ad Philippenses, alias omnia signifícata debent habere formale suum in τῷ quærere. Unde sumi solet etiam pro inquirere, sicut scriptum est in Lege וְרֹשֶׁת וְקָרְבָּה וְשָׁאֵל, ubi vi auxilioס plus inducit, quam חַקְרָה & רִשְׁתָה; pro interrogare, Jud. 13. v. 6. Non interrogavi ipsum, cujas nam esset; pro consulere, Jos. 9. v. 14. Et os Domini non consuluerunt, querere ut inventiat, Esa. 65. v. 1. Inventus sum ab iis, qui me non quæsiverunt. In summa, quæcunq; à שָׁאֵל descendunt, formale habent τῷ quærere. Nec obstat 1. Sam. 1. הַשְׁאֲלָתוֹ ego dedicavi seu mutuo dedi Domino. Nam literaliter explicatur ita: Ego Domino quæsivi, i. e. quæsivi puerum, quem possem Domino dare.

14. Jam ad nomen שָׁאֵל, cuius emphasis & formale itidem à quærendo denominationem habet. Hoc exprimere videtur salomo cum dicit שָׁאֵל & אֶבְרָך non satiabuntur, i.e. semper plura quærunt, Et alibi confert שָׁאֵל אֶרְצָהָם עִזְרָה, quid de illis dicatur, docet caput 30.

14. In

15. In specie autem dico, לְאַוְשׁ significare statum mortis, & hoc respexisse puto Davidem sub persona Christi ita loquentem: Non derelinques meipsum in statu mortis. Unde ad hunc statum mortis respiciens Spiritus sanctus dicit in Actis cap. 2. v. 31. Περιδῶν ἐλά-λησος τῷ ἀναγίνωσκε Χριστὸν ὃν καὶ Κλέοφθη ἡ ψυχὴ εἰπεῖ εἰς αὐτὸς. Ad hanc significationem respexit Jacob, quando renuebat accipere consolationem, & in hæc verba tristis & lugens erumpebat: Ego descendam ad filium meum ad statum mortis, Ego sicuti filius meus jam est in statu mortis, etiam cupio esse in eodem. Nec obstat vox ψεψι, quæ per me ipsum explicari posse videtur: Nam Christus ibidem Deo gratias agit, non tantum quod redemerat ipsum Pater ex sepulchro, sed & ab omnibus plagiis, quas ipse perferebat in eruce: Nam, ut statim dicetur, לְאַוְשׁ significat formaliter omnium generum plagiæ & afflictiones. Vedit hoc ipsum, qui primi Commentatoris super Psalmos nomine venisse dicitur Bugenhagius Pomeranus, qui super hæc verba ita commentatur: Animam meam i. e. vitam meam in inferno i. e. in morte.

16. Et ita לְאַוְשׁ significat etiam omni generi infortunia & calamitates. Unde Esaias dicit: Propterea dilatavit os suum omnis generis infortunium. Et David dicit, quod se circumdederint חֲבָלָי שָׂאוֹן

17. Postmodum significat depressionem & abjectionem, quo in casu opponitur Cælo, & notat statum abjectissimum, sicuti legimus in Oratione quartâ Esiana, ubi de Rege Babel agitur; Inde etiam Esaias alibi dicit: וְהַשְׁפֵלִי עַד שָׂאוֹן

18. Hinc significat etiam inferiora terra, & locum subterrestrem, sicut dicitur de Core, Datan & Abiram, quod descenderint subter terram.

19. Tandem etiam significat locum Damnatorum, cui omnes superiores significaciones ut specialissimæ in suâ abstractione attribuuntur: Ibi enim est perpetua mors & status mortis æternus; ibi omnis generis calamitates & afflictiones; ibi ignominia & confusio ineffabilis. Ille rectè comparatur cum inferioribus terræ, ubi tenebrae sunt, & non lux, caligo & non splendor.

20. Et aliquot gradus esse **SCHOOL**, colligi potest inter alia ex Psalmis, quando David dicit: *Eripuisti me ipsum ex School inferiori, i. e. ex maximis periculis; vel si comparationem instituere allubescat, talis sensus inde fluit: Tu, qui animam meam ab eternis eripiatibus redimere potuisti, potes etiam me eripere a malis temporalibus.*

21. Si autem adhuc alia genera significationis vocis School sint, quæ hinc non notarim, dico de his vi perpetuae consequentiaz nomen suum etiam sortiri à querendo.

22. At quænam est communio inter infernum & querere? Respondeo, maxima est: Mors enim & omnis generis calamitates querunt quos affligant necessariò ob peccata, & illud vigore justitiae divinae. Nisi enim homo defecisset, extra Diabolum, School non fuisset datum. Est ergo subjacens quoddam divinæ justitiae.

23. In mentem etiam jam venit vox **DYX**, de quâ dico, quod in significatione sua formalis significet *Fortis* fuit. Hujus fortitudinis multæ sunt species, quas persequi mei non est instituti: Sufficit quod & hic dicam & probare queam, omnia pro formalis habere fortitudinem & vim. Placet tamen vocem **DYX** assumere, quæ solet verti per Gebeines quod quidem verissimum est, sicut videmus in Exodi cap. 12, ubi de Agno dicitur, quod non sit ei confringendū os, quod ipsum in Novo Testamento ad Agnum nostrum P̄schalem transfertur. Puto autem, si ad priorem significationem & formalem, quæ est roboris, respiciatur, fundamentum istius rei nobis proponi. Dum primo eidem non confringitur os, notatur, robur tanti victoris non esse sublatum, sed contra Satanam & mortem illud ipsum esse conservatum, adeò ut Diabolus ipsius ossibus seu potestati subjacere cogatur. **DYX** ergo in significatione formalis significat *robur*. Hinc dicitur in Psalmo centesimo quadragesimo primo: *Ossa nostra, i. e. robur nostrum est dispersum coram omnibus generis calamitatibus sicut terra coram dissecente & diffidente.* Ita etiam alibi dicit David: *Ut latentur ossa, (robur) quæ contrivisti (imminuisti) q. d. Tua ira me planè terruit, adeò ut non valeam jam stare in gaudio, quare &c.* In Psalmo sexto dicit: *Ossa mea terrore perculta sunt, i. e. Robur meum debilitatum est.* Nam cum de robore loquitur David in calibus casibus, considerat se cœu hominem integrum.

internum, qui debilitetur ab irâ Dei conscientiam & animam ejus tangentem. Unde dicit in Psalmo 38, Nihil est sani in carne mea propter iram tuam, non est pax in ossibus meis propter peccatum meum. In ossibus meis, i. e. robore, q.d. Robur meum sibi non constat, cum peccatis obrutus sentio iratum judicem.

24. Ex hac significatione deinde descendit significatio ossium, quæ, nisi urgeat contextus, nunquam erit admittenda. Sic quis dicaret in Psalmo 35 Omnia ossa mea dicent: Quis sicut tu, qui eripis afflictum, à se fortiori? Videt enim quivis: Quodcunq; in me est robur loquatur, i.e. Omne robur meum deficit, nisi tuum robur, ô Excelle Deus, accedat. Nam quodcunq; alias robur est, hoc est crux vel os in hominibus, quibus medianib; consolidantur corpora: Unde ḥוּשׁ in Psalmo 147. versu 10. propriè non significat crura sed robur: Der HERR hat nicht Lust an der Stärke des Kusses/ noch an jemandes Beinen/ i. e. Kräften/ quia omne forte ooram Deo infirmum & abjectum est.

25. Optimè autem quadrat cum significatione generali, cum dicitur in Scripturâ חַיִם חַיְמָה articulus dici hujus: Nam tune determinatione temporis restringitur, fortificatur in ipso die, unde etiam Substantia eo nomine indigitatur.

26. Devenire possem occasione נֵגֶב ad reliqua membra corporis, ad aures, oculos & alia, & demonstrare, Deum propriè habere aures, propriè habens oculos, eidem in significatione formalí hæc omnia competere, nec à nobis esse fundamentum desumendum, cum corpora nobis visa æterna numini attribuuntur. At cum ea speciali disputationi cuidam reservem, jam progredior ad vocem נְרוֹת.

27. Hujus significatio formalis ab omnibus rectè traditur, quantum ego scio: Unde videtur mihi in eo non esse laborandum. Quod dum video, omisso isto transeo ad vocem נְרוֹת venerandam illam & tremendam, & de ipsius formalí significatu sollicitus invenio r. notari hoc vocabulo summum ens in significatione famosiori. Hinc videmus etiam vim argumenti, quod nestitur in allegatione Mosis ad Pharaonem: Nam dicit Moses: Ecce si cum ego venio ad filios Israel, & dico eis: Dives Parrum vestrorum misit me ad vos, dixerint ad me; quodnam est ne-

אָרוֹה אֱשָׁר נִזְמָן ? Quid dicam eū ? Deus verò respondet : אָרוֹה אֱשָׁר אָרוֹה i. e. ; Tu ergo Moses dic : misit me, & ut habeant nomen meum in forma nominali dic : יְהוָה יְהוָה אֱלֹהִים יְהוָה Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob misit me ad vos. Nam quod tibi Moses jam dico, illud nomen erit nomen meum in seculum, & memoriale meum, quo poterunt mei recordari in generationem & generationem.

28. Ex hac formulā alegationis discimus, Deum sibi nomen hoc ipsiusmet imposuisse, quia est Ens Entium, qnod ex mirabili educatione suorum ex Ægypto omnibus gentibus notum facile poterat distinguere Deum verum à Diis fictiis. At quomodo hoc moveret specialiter Judæos, qui Mose etiam tacente noverant Deum Patrem suorum esse Ens æternum & Deum Deorum, vel si hæc cognitio valde fuerit obscurata, non crediderint tamen, nisi expressus locus Scripturæ contradicat, ipsos alienos Deos pro Deo vero coluisse. Respondeo, poterat movere, si significatio generalis omnibus suis speciabilibus rectè applicetur. Nam id esse non respicit tantum esse absolutum, sed etiam esse respectivum, quod inter alia fundatur etiam in promissori implatione & exhibitione. Hinc dicitur in Exodo : Deus recordatus est foederis sui, qnod pcpig t cum Abraham, Isaac & Jacob, quod foedus in Genesi de dandâ terrâ Canaan latius describitur, & in specie in Capite 15. Genes. ita dicit Excelsus Deus : Scito, quod peregrinum erit semper tuum in terrâ peregrinâ, serviet enim ei, & male tractabitur quaddingentos annos. At ego judicium sumam de illo populo, cui serviet, & possib. exhibet cum magna facultate. Hæc præstans Deus noster rectè dicitur ESS E IBI, i. e. facere ut SINT EA, quæ promisit. Sic dicit Deus ad Jacobum : Ego ibo tecum in Ægyptum. Quid hoc est, nisi quod ego ERO TECHUM in Ægypto, ut quam gratiam tibi promisi, tibi exhibeam.

29. Cum ergo dicit Deus : אָרוֹה אֱשָׁר נִזְמָן, idem est, si hic nominis sui radicem explicitem, ac ERO quia SUM, vel ERO quia ERO, q. d. Quia perpetuò SUM, & ita DEUS verus, ERO i. e. non abeo à meis, sed promissum præstabō, meos conservabo. Et hoc puro suppeditari etiam à ratione Entis summi & primi, ut ea quæ τΑ ESSE nomen induant, non hoc otioso existant.

30. Re-

30. Recte ergo hoc nomen memoriale & discretivum signum est, quo distinguitur eternum numen à Dīs fūstis, qui nec ESSE per-  
petuò, nec ADESSE valent suis cultoribus, quod Deo vero formale  
est. Unde etiam pergit DEus in constitutione fundamenti nominis  
sui, Dic: יְהוָה fibieb misit me. Ille qui certo vobis aderit, certo  
suis promissiones complebit, Ille misit me ad vos. Hinc tandem  
DEus: יְהוָה Jhovah DEus Patrum vestrorum misit me. Quod  
nomen omnia præcedentia in se complectitur, cum ex præcedentibus  
sit natum, & ea repræsentet, quæ prius dixerat DEus. Quomodo  
autem hoc fiat, apodicticè monstrare vix potero: Audivi quidem ab  
aliis, Jod schevarum notare ESSE futurum, He cholematum Partici-  
pium, & Esse præsens, Vau camezzatum & Esse futurum, adeò ut ex  
Apocalypsi Græcis verbis ea legere queamus; accipio etiam ea, at  
non ut quæ specialiter defendam ex eo principio, quamvis res ipsa fa-  
tis sit vera: Notum enim est formam Jhovah per Schevah, Cholem  
& Camez non esse inusitatam Scripturæ sacræ, non quidem ad formam  
vel יְהוָה, quæ plane sunt diversa, sed ad eandem ratio-  
nem, ubi prima radicalis Cholem haberet. Sed transeat hæc, suffi-  
ciat mihi demonstrare τὸ E S S E generale comprehendere sub se  
ESSE speciale ad opus quoddam. Unde agnoscunt pii, quod DEus  
sit Jhovah, quando præsentissimo auxilio eos beat; Impii, quando  
ultricem rebus manum vident.

31. Et notandum est hoc E S S E speciale habere quandoq, ante  
Descendere, quod Deo attribuitur, quatenus exorditur esse vel vindic  
vel remunerator: Sed de hoc alibi, cum de significatione generali  
agendum erit.

32. Jam ad בְּנֵי, de quo dici solet significare dilexit; Verum  
hoc est, ut ita præteritur significatio formalis, cum insuper vox, quæ  
propriè significet diligere sic רַבָּם, & non רַבָּת. Dico ergo, אֶחָד  
significatione suæ generali significat Præposuit.

33. De hac significatione vigore Canonis generalis dico, quod  
debeat semper primo loco assumi, donec contextus non ableget nos ad  
specialiorem. Sic dicit Rebecca in Genesi: Parabo cibos quos dil-  
igit Pater tuus, i. e. quos præponit alius. Quæ significatio formalis eò  
magis debet præponi, quis mundus alias τὸ odisse propriè ita dictum ei

solet sine ratione opponere : Nam si in hoc alios cibos opponas cibo illi, quo libenter urebatur Jacob, non potes dicere, eos odisse Jacobum. In libro Samuelis diligebat Eikana Hanna, dicasne hinc recte, quod odio habuerit Peniam. Quis eriam credat, Patriarcham Jacobum odisse Leam, quando diligebat Rahelem : Præponebat enim tantum eam. Sic legimus in Prophetâ Malachia : Prophanavit Jhudah sanctitatem Domini, quam dlexit. Sanctitas illa erit specialis separatio à reliquis gentibus, specialis cultus & sacrificiorum oblatio. Quando autem Judæi offerebant claudum, coecum &c. tunc polluebant sanctitatem Dei ; quando duecebant uxores alienigenas, extra שׁוֹרֶךְ ducebant, & ita polluebant שׁוֹרֶךְ. quam tamen Deus præposuit omnibus specialiter separatis. Quo ipso tacite innuitur, ingratum esse opus, quod Israel non fassento quod specialiter in fœdus Dei sit assumpitus, ducat & præponat uxores alienigenis Iudaicis.

34. At cum Malachiam retigerim, incidit ibidem locus in capite primo : Ego dilexi Jacobum, & Esavum odio habui. Sic solet verti. Puto autem ego, ita esse explicanda que illa incisa : Præposui Jacobum, Postposui autem Esavum. Ejus enim significationis vis per totam Orationem extenditur, & probatur statim in ipso contextu, quando confert Jacobum cum Esavo, uterq. fuit destructus, at Jacob redibat in terram suam : Esau non itidem. Et hinc nestebatur propositio generalis : O Israëlitæ agite juxta morem istorum, quibus terra sancta fuit juramento divino promissa, & jam re ipsa exhibita : Præpositi vos estis Esavo, quod ex vobis in illa terra sit naseiturus Messias, vos specialiter estis declarati Dei filii. Ergo præponite honorem & timorem Dei vestri omnibus aliis : Nolite sacrificare ineptas victimas, nam Messias præfiguratur ; Nolite ducere uxores alienigenas, nam ex ludaicâ naseetur Messias uxore. Qui ut judex citò veniet ad templum suum. Sed quò devehor occasione vocis בָּנָן, cuius oppositum נַשָּׁה video magis necessarium esse ventilandum.

35. De hoc dico, quod in significatione formalí non significat odio habuit, sed post posuit. Exemplum puto nobis suppeditari in Lege Mosis, quando dicitur : Cum vir habuerit duas uxores, unam dilectam, alteram odio habitarum, i. e. unam quam præponat alteri, & pepe-

terint ei filii tamen dilecta: quidam odio habita: ita ut odio habita pariat pri-  
mo: Et vero pater hereditatem dividere voluerit. Tunc pater non potest  
constituere primogenitum filium dilecta &c. Hic puto satis patescere,  
uxores duas illas non habere se ut dilectam & odio habitam, sed ut  
præpositam & postpositam: Puto enim non concubere virum cum  
ea, quam odo habet, nisi velis recurrere ad temporis diversitatem.  
quando ceperit haberi odio; at textus noster dicit: si fuerint duæ uxo-  
res altera præposita, altera postposita; Et pepererint ei. Wo so wob die  
Herkunft als die Ehe ihm Kinder gehöhren. At eum hic locus vi-  
deatur posse pro & contra trahi, sumo excutiendum locum alium ex  
Gen. cap. 29. ubi dicitur Lea לֵא, quaritur num explicetur per  
odio habitam vel per postpositam. Posterus ego sumo. Probo id 1.  
Quia non præsumitur Jacobum odio habuisse suam Leam tali odio,  
quod nos ita vulgo vocamus. 2. Qui textus ipse posterius probat.  
Nam ita legimus: Et veniebat etiam Jacob ad Rahel. To etiam conjun-  
giæ duplice concubitum, & diligebat etiam Rahel eujusq. significatio  
specialis τὸ διλέγειν: At quando additur רַחֲלָה. Tunc ita certo. Et  
præponebat Rahelē Lea. Ob hoc post pasca dicitur statim Lea post-  
posita non odio habita: Nam si odio habuisset eam Jacob, precul  
mai dubio se ei non associasset in amore, quater enim peperit ante a-  
liam. In primo actu dicebat: Nunc diligit me vir meus, i. e. Nunc  
præponet me meæ sorori, cum videat me parere. In secundo idem  
intendebat. In tertio dicebat: Nunc vir associabitur mibi, non quasi  
antea non associatus ei fuisset, inde enim peperisset, sed nunc postpo-  
sitæ altera in specie mihi adhærebit. Hinc in quarto DEum pro beve-  
dictione laudabat. Miser Jacob, quid odio haberet, convenient Lea  
cum Rahel de viro in ea nocte amplectendo, & prelio dato assignatur  
maritus Lea: Jacob venit de agro, occurrit Lea, non rogans sed ex-  
postulans, Rahelē enim cedere velle prætendit.

46. Sic sumi etiam videtur Proverb. 1. Propterea quod odio ha-  
buerunt postposuerunt scientiam, nec elegerunt Domini timorem. Ubi  
vi auxilio eligere explicat prius odio habere per postponere. Sic  
in libro 2. Samuelis cap. 19. Joab dicit, quod David odio habeat se  
diligentes, & diligat se odio habentes: Quis eredat, Joabum ausum  
fuisse

fuisse hoc facinus malum Davidi adscribere sine fundamento veritatis.  
At res tota plana est, cum ad formale digrediamur: Dicit enim, propter  
terea quod tu præponas te odio habentes, & postponas te diligentes.  
Illa enim comparationis vis innuitur, cum dicitur: *Hodie palam fecisti,*  
quod nihil sint tibi Duces & Servi reduces victores, quia Absalom  
mortuus est, q. d. Majus tibi est malum, quod Absalom decubuerit,  
quam si omnes nos hosti terga dedissimus. Et alia loca satis superq.  
quod intendo, probant.

37. Speciales significaciones hic proponere non exigit instituti  
mei ratio, cum ego in dandis formalibus unicè sim occupatus. Sic  
jam non dicam, quod נָשׁ etiam significet verè odio habuit &c.  
Sufficiat dicere, omnia quæcūq. sint, quæ à נָשׁ in hac significati-  
one descendunt, habere formale postpositionis.

38. Pro Conclusione jam assiso vocem חַוִּילָה, cuius signifi-  
cationem generalem dico esse refedit, cum hoc enim communicant in  
formali omnes significations speciales, doloris, fortitudinis, arenæ, &  
aliorum, quæ hinc descendunt, Nominum. Ex multis placet assu-  
mere ex Proverb. cap. 8. בְּאֵין הַחֹמֶר חַוִּילָה, quando nondum e-  
rant abyssus, ego sum genita. Si jam juxta tritam sententiam חַוִּילָה  
significet cum dolore peperit, & formale doloris statuatur in חַוִּילָה,  
non video, quomodo id eterno Dei Filio queat adscribi: Nam ipse  
quomodo poterit dici genitus esse cum dolore. Configo ergo ego  
ad meam formam τὸ residere, & dico, quando scribitur חַוִּילָה,  
idem est, quasi dictum esset: Ita sum generatus, ut simul in generante  
resideam. Si modo satis pure loquar, cum vocem residere applico;  
Nolo enim interea negare, ita esse generatum filium, ut si ipse Deus,  
per quem Pater fecit secula: Respicio enim ad ineffabilem modum  
generationis. Nam cum gignere Deo propriè conveniat, hominibus  
autem non ita: sic èò perfectior est generatio, quò magis residet gene-  
ratum in generante, quod etiam forsitan naturalibus demon-

strari poterit. Plura in chartis subsequen-  
tibus.

















c facinus malum Davidi adscribere sine fundamento veritatis? Ita plena est, cum ad formale digredimur: Dicit enim, pro te tu præponas tè odio habentes, & postponas te diligentes. i comparationis vis innuitur, cum dicitur: *Hodie palam fecisti, nihil sint tibi Duces & Servi reduces victores, quia Absalom* est, q. d. Majus tibi est malum, quod Absalom decubuerit, omnes nos hosti terga dedissimus. Et alia loca satis superquendendo, probant.

Speciales significaciones hanc litteram non exigit instituti, cum ego in dandis formis, non occupatus. Sic dicam, quod **C** et **W** erit significatio habuit &c. dicere, omnia quæcunq; endunt, habere formam.

Pro Conclusione, generali dico, omnes significatio que hinc Proverbiu, in generante, si modo satis considerem applico; n interea negare, ut sit ipse Deus, Pater fecit secula: Re effabilem modum suis. Nam cum gignere conveniat, hominibus vita: sic èò perfectior est genitrix, quod magis resideret in generante, quod etiam forsitan in naturalibus demonstrari poterit. Plura in chartis subsequentibus:

